

philosophia; puta quod voluntas debet se conformare rectae ra-⁴⁰
tioni, omne malum vituperabile est fugiendum, et huiusmodi. Si-
militer per experientiam sciuntur multa principia, sicut manifeste
patet sequenti experientiam.

Et ultra dico quod ista scientia est certior multis aliis, pro
quanto quilibet potest habere maiorem experientiam de actibus⁴⁵
suis quam de aliis. Ex quo patet quod ista scientia est multum
subtilis, utilis, et evidens.

Ad principale dico quod de illis quae subiacent volun-
tati, possunt formari propositiones verae et per se notae, quae
multas conclusiones possunt demonstrare.⁵⁰

QUAESTIO 15

UTRUM ACTUS APPETITUS SENSITIVI DIFFERANT A PASSIONIBUS

Quod sic: Quia actus appetitus sensitivi imperantur a
voluntate; sed passiones non imperantur; igitur etc.

Contra: Pluralitas non est ponenda sine necessitate; sed⁵
omnia possunt salvari sine tali pluralitate et distinctione actuum
et passionum; igitur etc.

[AD QUAESTIONEM]

Ad istam quaestionem dico¹ quod in appetitu sensitivo passio
et actus non differunt. Quod probatur, quia secundum Philo-¹⁰
sophum, II *Ethicorum*², in anima non sunt nisi potentia, ha-

41 vituperabile om. CKXY 47 subtilis om. DFZ

QUAESTIO 15. - 4 imperantur] a voluntate add. DEFZ 5-7 sed... passionum om. DFZ
10 actus] actio B

QUAESTIO 15. - ¹ Cf. Ockham, *Sent.*, III, q. 11 F-G. ² Cf. Aristot.,
Ethica Nicom., II, c. 4 (1105b 19-21).

bitus et passiones; sed passiones non sunt potentiae nec habitus; igitur sunt actus. I t e m istae ponuntur passiones: gaudium, dolor, spes, timor et amor; sed amor est actus, et timor; igitur etc.

15 I t e m P h i l o s o p h u s, ubi prius ³, dicit sic: «Dico autem passiones quemadmodum concupiscentiam, iram, timorem, audaciam, invidiam, gaudium, amicitiam, odium, desiderium, zelum, iustitiam»; et omnes isti sunt actus appetitus; igitur etc. I t e m passiones sunt refrenandae per habitus virtuosos; sed sufficit

20 refrenare actus; igitur etc.

[INSTANTIAE NOVEN ⁴]

Sed contra hoc arguitur multipliciter: p r i m o, quia tunc quanto aliquis esset magis passionatus, tanto eliceret plures actus virtutis, si passio sit actus.

25 I t e m habitus virtuosus sunt elicitivi actuum; et non sunt elicitivi passionum, sed magis moderativi; igitur etc.

I t e m ⁵ virtutes sunt circa passiones sicut circa obiecta; et non sunt circa actus sicut circa obiecta; igitur etc.

I t e m ⁶ propter passiones non laudamur nec vituperamur; 30 sed propter actus laudamur; igitur etc.

I t e m eadem virtus est circa passiones contrarias, sicut fortitudo est circa timores et audacias; sed eadem virtus non habet simul actus contrarios; igitur etc.

I t e m virtus habet sedare passiones, non excitare; et habet 35 excitare actus, quia causat; igitur etc.

14 amor est] tales sunt CKXY || et timor om. CKXY 18 iustitiam] misericordiam Aristot.
19 virtuosos] virtuales CGKXY 32 habet] est circa DFZ 33 [simul om. DEFLMZ
34 excitare] extinguere CDEFKXYZ

³ Cf. Aristot., ibidem (1105b 21-23). ⁴ Instantia secunda et ultima exceptis, ceterae inveniuntur in Ockham, ibidem, q. 11 H (Ad finem), K, M (Post medium). ⁵ Cf. Aristot., ibidem, c. 2 (1104b 8-9). ⁶ Cf. Aristot., ibidem, c. 4 (1105b 29-32).

Item tunc passiones possent poni in voluntate, sicut actus boni et mali ponuntur in voluntate; quod est contra omnes, quia ab omnibus ponuntur solum in appetitu sensitivo.

Idem patet de fame et siti.

Item Philosophus, IV *Ethicorum*⁷, dicit quod delectatio est perfectio operationis; igitur non est operatio; sed certum est quod est passio; igitur etc.

[AD INSTANTIAS]

Ad primum istorum dico⁸ quod dupliciter accipitur 'passionatus': uno modo large, pro habente passiones quascumque; alio modo stricte, pro habente passiones inclinantes contra rectam rationem. Neutro modo magis passionatus est magis virtuosus, quia quandoque magis virtuosus habet pauciores actus, quia mitigat quandoque actus appetitus sensitivi.

Aliter potest dici⁹ quod magis passionatus, quando oportet et ubi oportet et secundum alias circumstantias, est magis virtuosus, quia talis sic passionatus plures actus virtuosos elicit ex quibus generatur virtus. Sed magis passionatus, quando non oportet etc, est magis vitiosus propter hoc quod talis plures actus vitiosos elicit.

Ad aliud dico quod habitus virtuosus sunt causativi actuum et similiter moderativi actuum inordinatorum.

Ad aliud dico¹⁰ quod virtutes partis sensitivae non sunt circa passiones sicut circa obiecta, sed sunt elicitivae et causativae actuum qui sunt passiones. Obiecta autem habituum sunt illa quae sunt obiecta actuum elicitorum ab habitu et generativorum

46 inclinantes om. DEFZ 48 magis om. ABCGKXY 49 mitigat] mitigant ABDFGLMZ 52 sic om. DEFXYZ 52-54 ex... elicit om. EF 52-53 ex... virtus om. CK

⁷ Cf. Aristot., ibidem, X, c. 3 (1174b 23). ⁸ Cf. Ockham, ibidem, q. 11 H (Ad medium). ⁹ Cf. Ockham, ibidem, q. 11 R (Ad tertium secundi). ¹⁰ Cf. Ockham, ibidem, q. 11 M (Ad initium), H (Ad finem).

habitus; ut si actu appeto comedere, tunc obiectum istius actus et habitus generati ex illo actu est ipsa comestio.

Ad aliud dico¹¹ quod propter passiones moderatas vel immoderatas laudamur et vituperamur, quando sunt in potestate
65 nostra. Unde tales actus sive passiones non determinant sibi laudem vel vituperium, ita quod convenient eis intrinsece; sed solum quadam denominatione extrinseca per conformitatem ad volitionem virtuosam vel vitiosam dicitur talis passio laudabilis quando elicitur secundum debitas circumstantias, et vituperabilis quando
70 elicitur secundum circumstantias indebitas.

Ad aliud dico¹² quod non est virtus sensitiva una numero quae inclinat ad actus circa timores et audacias, sed una inclinat ad timores et alia ad audacias.

Ad aliud dico¹³ quod virtutis est excitare sive causare
75 passiones virtuosas, et refrenare passiones vitiosas, reducendo ad medium debite circumstantionando.

Ad aliud patebit post¹⁴.

Ad aliud dico quod fames et sitis sunt actus appetitus sensitivi, quia sunt desideria victualium.

80 Ad ultimum dico quod Philosophus non vocat operationem actum appetitus sensitivi, sed cognitionem sensitivam vel operationem vegetativae vel aliam operationem quae potest esse sine sensu.

Ad aliud¹⁵ dico quod tam passiones laudabiles quam vituperabiles imperantur a voluntate virtuosa vel vitiosa.
85

67-68 volitionem] voluntatem DFMZ 68 dicitur] est CKXY || quando] quae DEFZ
69 debitas] determinatas EGLM || quando] quae E 70 indebitas] indeterminatas ELM
72-73 sed... audacias om. DFZ 74 excitare] extinguere CDFKZ 84 aliud] principale DFZ
85 vitiosa] Hic desinunt LM.

¹¹ Cf. Ockham, ibidem, q. 11 N. ¹² Cf. Ockham, ibidem, q. 11 O-Q. ¹³ Cf. Ockham, ibidem, q. 11 S. ¹⁴ Cf. *Quodlibet II*, q. 17.
¹⁵ Scil., Argumentum principale.

QUAESTIO 16

UTRUM IN ALIO A VOLUNTATE SIT HABITUS VIRTUOSUS

Quod non: Quia sola voluntas est subiectum virtutis; igitur non est in aliquo alio. Antecedens patet, quia soli voluntati aliquod demeritum imputatur. 5

Contra: In appetitu sensitivo sunt actus; igitur et habitus virtuosus.

[AD QUAECTIONEM]

Ad istam quaestionem dico quod 'habitus virtuosus' dupliciter accipitur: uno modo, pro aliquo habitu qui mediante cognitione et potentia cuius est habitus, sufficit ad eliciendum actum laudabilem, et qui nullo modo est elicitivus actus vituperabilis; alio modo accipitur 'habitus virtuosus' magis large pro omni habitu sive quocumque nato causari ex actibus laudabilibus vel existere post actus laudabiles. Habitus virtuosus primo modo non est in aliquo alio a voluntate; sed habitus virtuosus secundo modo est subiective in aliquo alio. 10

Primum probo, quia¹ ad eliciendum actum laudabilem semper requiritur voluntas et eius actus; igitur nihil aliud a voluntate est sufficiens subiectum nec principium talis habitus. Praeterea quilibet actus ad quem inclinat quicumque habitus in appetitu sensitivo, potest esse malus propter malam intentionem voluntatis, sicut patet de se; et per consequens ad eliciendum actum laudabilem concurrat voluntas; igitur nihil aliud a voluntate est sufficiens principium talis actus. 15

QUAESTIO 16. - 2 in] aliquo add. DFZ 5 aliquod] meritum et DEFZ 6 actus] virtuosus add. XY 17 est] bene add. DFZ 19 eius] est add. DEFZ 20 nec principium om. DFZ

QUAESTIO 16. - ¹ Cf. Ockham, *Sent.*, III, q. 10 I (Ad secundum dubium); *Expositio Physicorum Aristot.*, II, t. 48 (cod. cit., f. 117ra).

Secundam conclusionem ² probo, quia quilibet post frequentiam actuum in appetitu sensitivo experitur se magis inclinatum ad consimiles actus quam ante; igitur oportet quod aliquid sit in illo appetitu quod prius non fuit, vel saltem extra voluntatem
 30 oportet aliquid ponere. Item quando primo est aliquis exercitatus in actibus virtuosus, si postea careat usu rationis et fiat furiosus vel stultus, manifeste patet quod talis inclinatur ad consimiles actus quos prius exercebat; sed hoc non potest esse sine habitu derelicto extra voluntatem, vel sine omni alia re derelicta post
 35 actus laudabiles.

[DUBIUM ET RESPONSIO]

Sed tunc est dubium quid est illud quod remanet post actus.

Respondeo ³ quod non potest sufficienter probari quod sit aliquid existens in appetitu sensitivo, saltem quantum ad multos
 40 actus virtuosos; quia potest poni sufficienter quod sit aliqua qualitas vel qualitates corporales inclinantes ad tales actus.

Quod probo: illud quod potest induci sine omni actu appetitus sensitivi, non est necessario ponendum subiective in appetitu sensitivo; sed omne quod possumus experiri in nobis, potest
 45 esse in nobis sine omni actu appetitus sensitivi; igitur etc. Maior est manifesta. Minor probatur, quia omnis talis inclinatio potest induci per artem medicinae et per alias vias. Nam medici per artem medicinae diminuunt concupiscentiam, et sic disponunt ad actus castos. Patet etiam quod tales inclinationes auferuntur et ge-
 50 nerantur per transmutationem corporalem, puta per generatio-

37 post] tales add. DFZ 40-41 qualitas] quantitas DFZ 43 necessario om. ADEFZ
 45 omni om. DFZ 48 diminuunt] dirimunt GZ, dirigunt EF || concupiscentiam] concupiscentias BG 49-50 et generantur om. DEFZ

² Supra, lin. 16-17. – Cf. Ockham, *Sent.*, III, q. 10 D; q. 12 O; *Expositio Physicorum Aristot.*, Prol. (ed. Boehner, p. 4). ³ Cf. Ockham, *Sent.*, III, q. 11 C, F (Ad initium), K, L; q. 4 H, M; q. 12 LL.

nem vel corruptionem caloris vel frigoris, sine omni actu appetitus sensitivi; igitur etc.

Praeterea post magnum exercitium actuum appetitus sensitivi, si corpus transmutetur per infirmitatem vel potionem vel comestionem, ita fortes passiones insurgunt et actus in appetitu sensitivo sicut si numquam habuisset aliquos actus laudabiles. Et hoc est frequenter quia per comestionem calor augmentatur et frigus diminuitur, ex quo causatur apprehensio et talis actus appetitus sensitivi; quod non esset verum si tales habitus inclinantes ad actus virtuosos ponerentur in appetitu sensitivo, quia tunc illi habitus mitigarent tales passiones.

Et ideo dico quod ex actibus appetitus sensitivi nullus habitus generatur immediate subiective existens in appetitu sensitivo, quamvis ex actibus apprehensivis multi habitus immediate generentur. Nec post multos actus appetitivos experitur quis se magis inclinatum ad consimiles actus immediate per habitus, sed solummediate; puta quando appetit comedere et bibere, tunc post comestionem alicuius calidi experitur se magis inclinatum ad actus concupiscentiae quam ante actum appetendi.

[DUBIUM ET RESPONSIO]

70

Sed dubium est quid est illud quod manet post tales actus appetitivos.

Respondeo⁴ quod secundum Philosophum⁵, quandoque passiones sunt superabundantes, quandoque deficientes. Quando autem sunt passiones superabundantes, tunc ad elicendum actus virtuosos oportet aliquam qualitatem destruere in ho-

54 potionem] potationem CDFKXYZ 56 sensitivo] erunt add. DFZ || aliquos] tales DFZ 58 apprehensio et om. CKXY || talis] tales DEFZ 63 generatur immediate trp. CKXY 69 actum] actus DEFZ 71 manet] tunc add. CKXY

⁴ Cf. Ockham, ibidem, q. 14 I; q. 15 E; q. 11 H (Ad finem), K (Ad initium). ⁵ Cf. Aristot., *Ethica Nicom.*, II, c. 5 (1106b 16-20).

mine quae ad tales passiones inclinatur; et illa qualitas forte frequenter est calor. Exemplum: intemperatus et incontinens, in quo passiones concupiscentiae abundant, per macerationem carnis et subtractionem victualium remittit illam qualitatem inclinativam
 80 ad passiones concupiscentiae. Et possibile est forte quod eo ipso quod tale principium inclinativum remittitur vel destruitur, generetur simul cum hoc alia qualitas corporalis inclinans ad actus temperatos. Utrum autem ita sit vel non, et qualis debeat esse
 85 illa qualitas, pertinet principaliter ad medicos determinare, qui plures experientias de mutatione corporum humorum debent habere. Si autem sint passiones deficientes, tunc primo generatur aliquid inclinativum ad tales passiones, sive aliqua qualitas praecedens corrumpatur sive non, quia forte semper aliqua qualitas
 90 corporalis corrumpitur et alia generatur.

Sed actus appetitus sensitivi non sunt immediate generativi talis qualitatis inclinantis ad actus consimiles, sed solum mediate; sed alii actus posteriores actibus appetitivis generant immediate tales qualitates inclinantes ad passiones. Exemplum: aliquis frigidus, non habens actum temperantiae nisi remissum propter frigiditatem, appetit comedere cibaria calida, quae causant aliquas
 95 qualitates corporales quae inclinant ad consimiles actus appetitus sensitivi quos prius habuit. Tunc istae qualitates corporales non causantur immediate ab actibus appetendi cibum, sed ab illis cibus. Illud totum maxime habet veritatem in virtute temperantiae et in actibus eius, quia eius actus suscitantur et impediuntur per transmutationem corporalem, puta per comestionem vel abstinentiam. Utrum autem consimiliter sit de aliis virtutibus, et quo-

77 tales passiones] oppositos actus CKXY || forte om. EKXY 78 quo] quibus ABXY
 79 abundant] superabundant BDFZ 81 passiones] actus B || possibile est om. CKXY || quod
 om. CEGKXY 82-83 generetur] generatur CKXY 83 alia] aliqua DFZ 84-85 et...
 qualitas om. DFZ 86 humorum] humanorum CDFGKXYZ || debent] dicuntur DFZ
 89 forte] non add. DBFZ || semper] quando add. DFZ 90 corrumpitur... generatur] ge-
 neratur alia corrumpitur DFZ || et... generatur om. CKXY 93 alii] aliquando AE
 99 cibum om. CK

modo ita est, non est modo dicendum propter prolixitatem. Credo tamen quod eodem modo est in aliis virtutibus; nec video aliquam necessitatem ponendi quemcumque habitum immediate generatum ex actibus appetitivis et inclinantem ad consimiles actus. 105

Ad argumentum principale, patet ex dictis quod, licet in appetitu sensitivo sint actus, non tamen habitus, quia non omnis actus est generativus habitus. 110

QUAESTIO 17

UTRUM PASSIONES SINT IN VOLUNTATE

Quod sic: Quia actus sunt in voluntate; sed passiones sunt actus, sicut prius¹ dictum est; igitur etc.

Contra: Passiones solum sunt in appetitu sensitivo; igitur non in voluntate. 5

Hic primo exponam unum terminum quaestionis; secundo, dicam ad quaestionem.

[PRIMUS ARTICULUS]

Circa primum dico² quod per passionem intelligo omnem formam existentem in potentia appetitiva natam regulari ratione recta ad hoc quod sit recta, quae requirit actualem cognitionem ad suum esse existere. Vel breviter, passio est forma aliqua distincta a cognitione, existens subiective in potentia appetitiva, requirens cognitionem actualem ad suum esse existere. Per primum excluditur cognitio actualis, quia illa non est passio; per secun- 15

104 ita] ibi ADZ

QUAESTIO 17. - 13 breviter] aliter CKXY || aliqua] alia et ABE

QUAESTIO 17. - ¹ Cf. *Quodlibet II*, q. 15. ² Cf. Ockham, *Expositio in lib. Praedicamentorum Aristot.*, cap. 14, § 7 (ed. cit., p. 278, 36 - p. 279, 59).

dum, habitus omnes intellectuales et operationes vegetativae; per tertium excluduntur habitus in voluntate, quia possunt esse sine actuali cognitione, sicut patet in dormiente.

20 Ex isto sequitur ³ quod tam actus appetitus sensitivi, et breviter omnes, quam actus voluntatis quam etiam delectatio et tristitia quae sunt in voluntate, sunt passiones; quia omnia ista sunt formae distinctae a cognitione, et sunt subiective in potentiis appetitivis, et sunt regulabiles recta ratione mediate vel immediate,
25 et requirunt actualem cognitionem ad suam existentiam.

[SECUNDUS ARTICULUS]

Circa secundum dico primo quod passiones sunt in voluntate, quia amor et spes, timor et gaudium sunt in voluntate, quae tamen communiter ponuntur passiones. Similiter delectatio et tristitia sunt in voluntate, quae etiam sunt passiones; igitur etc.

30 Secundo dico quod quaedam passiones voluntatis non distinguuntur ab actibus, et quaedam distinguuntur. Amor enim et spes non distinguuntur ab actibus, quod patet per inseparabilitatem illorum ab actibus, sed sunt actus immediate eliciti a voluntate et ab habitibus voluntatis. Sed ⁴ delectatio et tristitia distinguuntur ab actibus, quod patet ex hoc quod actus voluntatis possunt remanere sine delectatione et tristitia, sicut patet de daemone qui intensissime diligit se et tamen in hoc nullo modo delectatur. Similiter angelus bonus habet nolle respectu alicuius
40 quod evenit; sicut nollet hominem peccare ad cuius custodiam

18 quia] qui DFGZ 20 tam] omnes *add.* CK 20-21 et... omnes *om.* CKXY
20 et *om.* BEFG 21 omnes] tam *add.* DEFZ || quam actus *trp.* DEFZ || voluntatis] volitio
DFZ, voluntas E 22 ista] talia CKXY 24 regulabiles] regulata DEFZ 28-30 quae...
voluntate *om.* A 29-30 Similiter... etc *om.* CK 30 quae... passiones *om.* DEFZ 35 ab
habitibus] habitu DEFZ, ab habentibus E || voluntatis] voluntatem E 36 hoc quod] dictis
quia DFZ 38 intensissime] intensive BCK, necessario DEFZ

³ Cf. Ockham, *Sent.*, III, q. 11 H. ⁴ Cf. Ockham, *ibidem*, IV, Dubitationes additiae I, P.

deputatur, et tamen homo peccat mortaliter; sed ex hoc nullo modo tristatur, quia sicut in damnato nulla est delectatio, ita in beato nulla est tristitia. Sed delectatio et tristitia non possunt esse sine actibus naturaliter, quia ab illis causantur et conservantur; igitur istae formae sunt passiones et non actus. 45

[INSTANTIA]

Sed contra praedicta, quia secundum Philosophum⁵, propter passiones non laudamur nec vituperamur; sed propter omnem formam existentem in voluntate laudamur et vituperamur; igitur etc. 50

[AD INSTANTIAM]

Respondeo⁶ quod Philosophus intelligit de passionibus sensitivis quae non sunt in potestate nostra, cuiusmodi sunt actus appetitus sensitivi surrepticii; puta timere, irasci, quibus statim homo capitur facta apprehensione obiectorum, nec sunt in potestate sua; 55 sicut est etiam dolere, gaudere, quae conveniunt pueris et fatuis, qui non habent usum rationis. Ideo propter talia nec laudamur nec vituperamur. Tales autem actus surrepticii non sunt in voluntate, quia omnes actus qui sunt in voluntate, sunt in potestate voluntatis. 60

Ad argumentum principale, nego assumptum, quia passiones aliquae sunt in voluntate.

41 tamen] cum XY || homo om. ABCGKXY || sed om. CKXY 43 beato] bono AE
47 secundum Philosophum] quaestione praecedenti E

⁵ Cf. Aristot., *Ethica Nicom.*, II, c. 4 (1105b 29-32); Ockham, ibidem, III, q. 11 K (Secundum dubium); *Quodlibet II*, q. 15, lin. 29-30. ⁶ Cf. Ockham, *Sent.*, III, q. 11 N; *Quodlibet II*, q. 15, lin. 63-70.

QUAESTIO 18

UTRUM VIRTUTES MORALES SINT CIRCA PASSIONES
SICUT CIRCA MATERIAM

Quod non: Quia sunt actus virtutum; igitur non sunt
5 materia virtutum.

Ad oppositum est Aristoteles in libro *Ethi-*
corum ¹.

Ad istam quaestionem dico primo quod 'materia' accipitur
dupliciter: scilicet proprie, prout est altera pars compositi,
10 et sic non accipitur hic; aliter accipitur improprie, pro
obiecto, quo modo dicimus quod illud de quo est scientia ali-
qua, est materia scientiae; et sic accipitur 'materia' hic, scilicet
pro obiecto.

Secundo dico quod 'virtus moralis' dupliciter accipitur: uno
15 modo improprie, pro aliqua qualitate derelicta post actus ap-
petitus sensitivi, quae est qualitas corporalis inclinans ad actus
appetitivos; de qua qualitate dictum est in secundo *Quodlibet* ².
Aliter accipitur 'virtus' pro habitu virtuoso voluntatis ³.

[CONCLUSIO 1]

20 Per hoc ad quaestionem dico ⁴ quod virtutes morales quae
sunt quaedam qualitates corporales, non habent passiones pro
materia sive obiecto; sed passiones sunt actus illarum virtutum
et causantur ab illis habitibus mediante apprehensione; et illud ⁵

QUAESTIO 18. - 4 Quia] non add. EFGNZ 20 morales om. CGKXY 23-24 illud
idem] ita illud DFZ

QUAESTIO 18. - ¹ Cf. Aristot., *Ethica Nicom.*, II, c. 5 (1106b 16-17).
² *Quodlibet* II, q. 16, lin. 38-107. ³ Cf. Ockham, *Sent.*, III, q. 10 H (Ad
initium); q. 12 O (Post medium). ⁴ Cf. Ockham, ibidem, q. 11 M (Ad
initium), H. ⁵ Cf. Ockham, ibidem, q. 12 C.

idem quod est obiectum sive materia actus, est obiectum virtutis
causantis talem actum et correspondentis actui illi, et hoc est 25
generaliter verum.

[CONCLUSIO 2]

Secundo modo ⁶, virtus est circa passiones sicut circa mate-
riam, quia passiones sunt obiecta communia actus et habitus
virtuosi essentialiter, quamvis non omnis talis virtus habeat pas- 30
siones pro obiecto; nam quae d a m virtus est circa passiones
sicut circa obiecta communia, quae d a m est circa operationes
sive executiones exteriores sicut circa materiam vel obiectum.
Exemplum primi: temperantia et eius actus habet passiones pro
obiecto. Sed iustitia non habet passiones sed operationes exterior- 35
es pro obiecto et materia: sicut bona aequaliter distribuere,
aequaliter dividere, liberare etc. Nam actus iustitiae est velle tales
operationes debito modo exercere; et per consequens illae ope-
rationes sunt obiecta illorum actuum, igitur et habituum ad ta-
les actus inclinantium, quia ⁷ hoc est generaliter verum, quod 40
idem est obiectum actus et habitus correspondentis.

Si dicatur ⁸ quod idem est obiectum actus voluntatis
et passionis, dico quod non.

Sed numquid aliqua virtus voluntatis habet pro obiecto
omnes passiones? 45

25 actui illi] habitui et actui illius DFZ 29 passiones] et operationes add. DFZ
30 virtuosus essentialiter om. E || essentialiter om. DFZ || quamvis] quod BG, quia CDFKNZ ||
non om. DFZ || habeat] habet CDEFKXY 31-33 nam... exteriores om. DFZ 32 cir-
ca2] passiones add. B 34 habet] habent DFGZ 37 aequaliter dividere om. B || libera-
re] librare AN, liberaliter DFZ, om. CKXY || etc om. DEFZ 40 quod] quia AXV
42 actus om. DFNZ 44 numquid] numquam AFKXY

⁶ Supra, lin. 18. - Cf. Ockham, ibidem, q. 11 M (Post medium).
⁷ Cf. supra, nota 5. ⁸ Cf. Ockham, ibidem, q. 11 O-R (Ad secundum).
Hic est locus parallelus omnium quae sequuntur usque ad resp. ad argumen-
tum principale.

Dico quod quaelibet passio potest esse obiectum voluntatis et alicuius virtutis, quia quaelibet potest imperari a voluntate; sed non potest esse una virtus omnium passionum. Sic ergo dico quod habitus virtuosus voluntatis habet duplicem actum:
 50 unum elicited ab habitu; et alium actum in appetitu sensitivo, qui est obiectum habitus, sicut est obiectum actus elicit ab habitu.

Ad argumentum principale, patet ex dictis quod passiones sunt actus elicit ab habitibus corporalibus, sed sunt materia sive obiectum virtutis in voluntate.

QUAESTIO 19

UTRUM ALIQUIS HOMO POSSIT MERERI VEL DEMERERI

Quod non: Quia actus meritorius non est totaliter in potestate hominis; igitur per illum non meretur homo. Antecedens patet, quia ad illum actum requiritur caritas, quae non est in potestate hominis. Consequentia patet de se.

Ad oppositum est fides catholica¹.

[AD QUAESTIONEM]

Ad istam quaestionem dico quod sic. Quod probatur, tum
 10 quia homo potest laudabiliter et vituperabiliter operari, et per consequens potest mereri et demereri; tum quia homo est agens

47 quaelibet] passio add. DFZ 48 omnium] trium BGN 49 habitus] quilibet DFZ
 || virtuosus om. CGK || voluntatis] virtutem DFZ, om. E || actum] actionem CGK, om. DFZ
 50 unum] unam CDFGK, in voluntate inclinantem ad actum add. DFZ || elicited] elicitedam
 CGK || ab habitu om. DFZ || alium] aliam DFZ, inclinantem ad add. DFZ, ad add. E 51 ha-
 bitus] voluntatis add. DFZ 53 corporalibus om. B

QUAESTIO 19. - 3 Quia] aliquis add. DEFZ 7 catholica om. CDFKXYZ

QUAESTIO 19. - ¹ Cf. *Extravagantes*, 1.1.1. § 2 (ed. Friedberg, II, col. 5).

ter dicunt aliqui ¹⁵, quod non potest homo mereri in instanti, sed in tempore.

Ad argumentum principale, nego ¹⁶ consequentiam, quia antecedens est verum, scilicet quod nullus actus est totaliter in potestate nostra; sed consequentia non valet, quia [quamvis] nullus actus sit totaliter in potestate nostra sic quod quodlibet principium quod requiritur ad talem actum sit in potestate nostra, tamen actus voluntatis sic est in potestate nostra
¹⁴⁰ quod quocumque alio principio posito, potest adhuc voluntas libere actum suum elicere et non elicere; et hoc sufficit ad actum meritorium, et sic meretur voluntas.

QUAESTIO 20

UTRUM NECESSE SIT PONERE ALIQUEM HABITUM

Quod non: Quia omnia possunt salvari sine habitu; nam actus possunt elici praesente obiecto sine omni habitu; igitur
⁵ nulla est necessitas ponendi habitum.

Contra: Actus generat habitum; sed non generat nihil; igitur habitus est aliquid.

[AD QUAESTIONEM
CONCLUSIO 1]

¹⁰ Ad istam quaestionem dico ¹ primo quod necesse est ponere habitum in corpore. Quod patet, quia potentia executiva corpo-

137 sed] tantum add. DEFXYZ

142 sit] est CK

144 tamen] cum AN

QUAESTIO 20. - 4 omni om. DEFZ

6 sed... nihil om. DFZ

¹⁵ Cf. Chatton, ibidem, II, dd. 5 et 6, q. un., art. 2 (cod. cit., f. 107ra-107rb). ¹⁶ Cf. Ockham, *Sent.*, III, q. 4 K (Ad finem) - L; q. 13 U.

QUAESTIO 20. - ¹ Cf. Ockham, *Sent.*, III, q. 4 A (Primum principale); II, q. 17 L.

ralis post multos actus elicitos potest in consimiles actus, in quos non potuit ante, vel saltem non ita faciliter potuit ante in tales actus, sicut patet in scriptoribus, textoribus, et aliis artificibus; igitur in illis potentiis est aliquid additum vel ablatum; et non apparet quod aliquid sit ablatum; igitur est aliquid additum, et illud voco habitum. 15

[CONCLUSIO 2]

Secundo dico quod non potest sufficienter probari quod aliquis habitus sit ponendus in appetitu sensitivo, quia omnia quae experimur nobis inesse post frequentiam actuum appetitus sensitivi, possumus quandoque experiri in nobis post transmutationem corporalem sine frequentia actuum appetitus sensitivi, sicut patet in alio *Quodlibet* ² diffuse; ideo nunc transeo. 20

[CONCLUSIO 3]

25

Tertio dico ³ quod in potentia apprehensiva sunt ponendi habitus, quia post frequentiam actuum imaginandi redditur aliquis promptus ad consimiles actus; et nullo modo redditur promptus ad tales actus ante omnem actum imaginandi; igitur ex illis actibus generatur habitus. 30

Si dicis ⁴ quod phantasia aliquando exit in actus imaginandi et loquendi sine omni actu consimili praevio, sicut patet in phreneticis et furiosis, qui multos habent actus imaginandi et multa loquuntur quae numquam prius in sanitate imaginabantur. Similiter dormientes somniant multa quae prius non imaginabantur: 35

14 textoribus *om.* CDEFKZ || et] in executionibus in *add.* DFZ || artificibus] artibus DFZ, artificii BN 21 post] per DEFZ 32 praevio] primo CEGKN 33-36 qui... imaginabantur] et dormiente per somnium B

² Cf. *Quodlibet* II, q. 16, lin. 26-107, et loca parallela ibi citata; *Sent.*, III, q. 10 E. ³ Cf. Ockham, ibidem, q. 12 O; q. 10 D (Ad initium); II, q. 17 H. ⁴ Cf. Ockham, ibidem, IV, q. 12 K (Octavum dubium).

Respond eo ⁵ quod in talibus est multitudo actuum diversimode ordinatorum, quia isti actus aliter ordinantur in sanitate et in infirmitate, et aliter in vigilante et in dormiente. Sed
 40 quilibet illorum actuum praesupponit aliquem actum sibi similem in sanitate et in vigilante. Et isto modo videtur dormiens formare propositiones et syllogizare, quia vigilans audit propositiones et syllogismos et partes eorum, et imaginatur, sicut puer illa quae audit, et propter diversam dispositionem corporalem
 45 alio ordine imaginatur tales actus sive voces.

[CONCLUSIO 4]

Quarto dico ⁶ quod in intellectu necesse est ponere habitum, quia aliquis post frequentiam actuum intelligendi redditur promptus et inclinatus ad consimiles actus, et nullo modo redditur inclinatus et promptus ante omnem actum, maxime abstractivum;
 50 tum quia aliter intellectus esset eodem modo in potentia ante omnem actum et post; quod falsum est, quia post primum actum intelligendi, destructo obiecto vel absente potest intellectus in aliquos actus in quos non potuit ante primum actum. Et ista est
 55 ratio Philosophi, III *De anima* ⁷, ponendi habitus intellectuales, quia habitu intelligimus cum volumus destructo obiecto.

43 syllogismos... et³] consimiles tales DFZ || et³] tunc add. CKXY || sicut puer om. CKXY || puer] prius EG 44 corporalem] talem DFZ 47 habitum] tum add. A 48 quia] quando BEG || aliquis om. CKXY 50 maxime abstractivum om. BCDFKXYZ || abstractivum] A, abstractum EGN 56 habitu] intellectus add. CDFGKNZ

⁵ Cf. Ockham, ibidem, q. 12 R. ⁶ Cf. Ockham, ibidem, III, q. 10 G (Ante medium); II, qq. 14 et 15 R; *Expositio Physicorum Aristot.*, Prol. (ed. Boehner, p. 4). ⁷ Cf. Aristot., *De anima*, III, cc. 4-5, tt. 1-20 (429a 10 - 430a 25); Averroes, ad loc., t. 18 (ed. Crawford, p. 438, 25-29).

[CONCLUSIO 5]

Quinto dico ⁸ quod maior difficultas est de voluntate, quia voluntas non potest aliquid velle nisi cognitum nec sine cognitione, et actum ita perfectum potest elicere in prima cognitione ⁶⁰ sicut post multos actus elicitos; et ideo difficile est probare necessitatem ponendi habitum in voluntate.

Potest tamen sustineri rationabiliter et persuaderi; tum quia facilius exit in actum post multos actus quam ante, et magis inclinatur ad actum; et actum intensiorem potest voluntas elicere ⁶⁵ post multos actus quam ante ceteris paribus in parte sensitiva. Exemplum: continens habet pravas concupiscentias et non sequitur eas, prius tamen ante actum voluntatis sequebatur eas, et non est hic aliqua variatio in parte sensitiva, quia semper habet concupiscentias in parte sensitiva; sed post multos actus voluntas ⁷⁰ est inclinata ad non sequendum eas, et prius non, aliter non esset continens. Tum quia post multos actus dilectionis magis inclinatur voluntas ad diligendum quam ante. Tum quia post multos actus elicitos circa aliquod obiectum, cum maiore difficultate et tristitia potest elicere actum contrarium quam ante omnem actum, ⁷⁵ sicut quilibet experitur in se. Igitur necesse est ponere habitum generatum ex illis actibus.

Ad argumentum principale, patet ex dictis quod non possunt salvari sine habitu.

59-60 nec... cognitione¹ om. CDBFKXYZ 60 perfectum] faciliter CK, perfecte N
 63 sustineri] teneri DFZ 64-65 exit... intensiorem] executionem DF 64 ante] ceteris
 paribus in parte sensitiva add. CK, ceteris paribus add. XY 66 post... sensitiva om. CK
 69-70 quia... sensitiva om. DZ 71-72 et... continens] sicut prius aliter esset incontinens DEFZ
 74 elicitos] elicitivos AEF 78 quod] quae DEFZ

⁸ Cf. Ockham, *Sent.*, III, q. 10 G, D (Post medium).

QUAESTIO 21

UTRUM HABITUS SIT CAUSA EFFECTIVA ACTUS

Quod non: Quia¹ tunc habitus esset potentia, quia nihil efficit actum nisi potentia.

5 Contra: Habitus est causa actus, quia actus dependet ab habitu; et non est nisi causa effectiva.

[AD QUAESTIONEM]

Ad istam quaestionem dico quod habitus est causa effectiva actus. Quod patet, quia² illud a quo dependet aliquid, ita quod
10 sine illo nullo modo potest esse, est causa eius; sed actus dependet ab habitu sic; igitur habitus est causa actus; et non nisi effectiva, patet inductive.

Praeterea quando³ aliquid potest effective in aliquid in quod prius non potuit, habet aliquid quod est causa effectiva eius, vel
15 caret aliquo impediante; patet, quando candela illuminat medium propter amotionem obstaculi. Sic est de habitu, nam ante habitum non potest aliquis in actum in absentia rei, sed quando habet habitum potest in actum in absentia rei; et non est ibi aliquid impedimentum amotum; igitur habitus est causa.

20 Praeterea illud⁴ quo posito ponitur actus, et quo non posito non potest poni naturaliter, est causa illius; sic est de habitu et

QUAESTIO 21. — Haec quaestio deficit in F. 4 actum] actus DZ, habitum CK, aliquid XY, om. E 9 aliquid] aliud AE 11 sic om. DZ || habitus] E, om. cett. || actus] E, eius DZ, om. cett. 12 patet inductive om. DZ 14 eius] eiusdem CKXY 15 caret] de novo add. CKXY || impediante] impedimento CDKXYZ || quando] quia DEZ 15-16 medium om. DEZ 19 causa] actus add. G 20 ponitur actus] potest aliquid poni DZ 21 potest... naturaliter] ponitur necessario B 21-22 et actu om. CKXY

QUAESTIO 21. — ¹ Cf. Ockham, *Sent.*, III, q. 4 A (Post medium). ² Cf. Ockham, ibidem, II, q. 3 P. ³ Cf. Ockham, *Expositio Physicorum Aristot.*, Prol. (ed. Boehner, pp. 3-4); *Sent.*, III, q. 10 G (Ante medium). ⁴ Cf. Ockham, ibidem, q. 4 E (Ad finem); II, q. 17 O.

actu; igitur etc. Aliter enim totaliter frustra poneretur, nec esset necessitas aliqua ponendi habitum.

[INSTANTIAE QUINQUE]

Sed contra, quia⁵ primus actus non causatur ab habitu; igitur non omnis actus causatur ab habitu. 25

Praeterea in⁶ causis efficientibus essentialibus non est circulus; sed actus est causa efficiens habitus; igitur habitus non est causa eius.

Praeterea illud sine quo potest aliquid esse non est causa eius; 30 sed actus potest esse sine habitu, patet de primo actu.

Praeterea habitus⁷ est ponendus propter delectationem, ut actus delectabiliter operetur, et non propter activitatem.

Praeterea si⁸ habenti habitum inclinantem ad actum peccati mortalis, puta ad faciendum aliquod turpe contra praeceptum 35 divinum, infundatur gratia, talis habet habitum perfectum; et tamen non potest elicere actum peccati; et loquor de actu intrinsece vitioso, quia ille non stat cum gratia.

[AD INSTANTIAS]

Ad primum istorum dico⁹ quod primus actus non causatur 40 ab habitu sed ab aliis causis. Quod patet, quia primus actus est causa efficiens habitus; igitur non causatur ab habitu, quia idem

25-26 Sed... habitu om. BGN 25-27 quia... Praeterea om. CK 26 non... habitu] etc DZ, om. E 27-28 circulus] circulatio DZ 28-29 habitus... eius] non econverso DZ 33 actus] agens B, aliquis CKXY || activitatem] actionem DEZ 41 actus] efficit habitum et add. DZ 42 habitus] primi add. ABGN

⁵ Cf. Ockham, ibidem, III, q. 11 D (Ad finem); Chatton, *Reportatio*, II, d. 4, qq. 3-4 (cod. cit., ff. 103vb-104ra). ⁶ Cf. Ockham, ibidem, q. 4 F (Quartum). ⁷ Cf. Ockham, ibidem, q. 4 C. ⁸ Cf. Ockham, ibidem, q. 4 F (Ad finem), M (Post medium). ⁹ Cf. Ockham, ibidem, II, q. 17 N-P; III, q. 8 I.

numero non potest esse causa et effectus respectu eiusdem. Sed primus actus qui causatur in potentiis apprehensivis in absentia
 45 rei causatur ab habitu. Ideo non dixi ¹⁰ quod omnis actus causatur ab habitu.

Ad aliud ¹¹ dico quod in causis essentialibus potest esse circulus quantum ad speciem, non autem quantum ad idem numero. Nunc autem unus actus est causa habitus, quod patet de
 50 primo actu, quia sine eo non potest esse habitus naturaliter; et post habitus est causa, non illius actus sed alterius; et ille actus bene augmentabit illum habitum.

Contra: probo quod habitus sit causa eiusdem actus numero, quia actus primus generans habitum potest continuari cum
 55 habitu; et tunc habitus ille generatus conservabit eundem actum.

Respondeo quod non est inconveniens quin effectus sit conservativus suae causae efficientis in eodem subiecto. Ita est in proposito, quod habitus generatus ex actu primo melius conservat illum actum quam potest conservari sine illo habitu.

60 Ad aliud ¹² dico quod effectus diversi eiusdem speciei possunt esse a diversis causis specie, licet non idem effectus; patet de calore qui potest esse ab igne et a sole. Ita est in proposito: primus actus potest causari ab obiecto aliquando sine habitu, et alius actus eiusdem speciei non potest causari nisi ab habitu.

65 Ad aliud ¹³ dico quod habitus non est tantum ponendus propter delectationem; sed aliquando requiritur habitus ut actus sit,

43 Sed] licet DZ 44 in¹] a DEZ || apprehensivis] causet habitum qui add. DZ
 45 causatur... habitu] causat actum DZ 45-46 Ideo... habitu om. ADEZ 47-48 circulus]
 circulatio DZ 48-49 idem numero] numerum DZ 51 illius] eiusdem ADGZ, eius BN
 52 illum om. DZ 53 habitus] ille add. CGKXY 54 continuari] conservari DZ
 55 eundem] illum CKXY, istum eundem G 56 quin] quod CKXY, quando B 57 sit]
 est B 58 quod] quia DENZ 63 aliquando om. DEXYZ 66 ut... sit] propter
 actus DZ

¹⁰ Supra, lin. 8-23. ¹¹ Supra, lin. 27-29. - Cf. Ockham, ibidem, q. 4 K (Ad initium). ¹² Supra, lin. 30-31. - Cf. Ockham, ibidem, II, q. 16 X. ¹³ Supra, lin. 32-33.

patet de actu causato in potentiis apprehensivis in absentia obiecti; aliquando requiritur, ut actus sit intensior; aliquando, ut actus facilius eliciatur, sicut patet in praecedenti quaestione¹⁴. Dico etiam ultra quod aliquis habitus delectabiliter inclinat ad actum, puta habitus diligendi; et aliquis habitus inclinat tristabiliter, puta habitus odiendi¹⁵; et hoc secundum quod actus eliciti sunt delectabiles vel tristabiles.

Ad ultimum¹⁶ dico quod habens talem habitum intrinsece vitiosum cum gratia, potest elicere actum secundum inclinationem⁷⁵ habitus, sed tunc gratia corrumpitur. Et ideo stante gratia non potest talem actum elicere.

Si dicis quod experientia est ad oppositum:

Dico quod actus quos experimur cum gratia, sunt in parte sensitiva, non in voluntate.⁸⁰

Ad principale dico¹⁷ quod non est potentia sicut auctores¹⁸ loquuntur de potentia, quia vocant potentiam primam quae potest elicere et recipere diversos actus, et contrarios; et sic non est potentia.

QUAESTIO 22

UTRUM INCLINATIO FORMAE DIFFERAT REALITER A FORMA

Quod non: Quia habitus inclinat voluntatem quando est sub actu contrario; et per consequens inclinatio habitus non

⁷⁰ etiam] tamen DZ, om. CKXY || ultra om. DZ ⁷⁹ Dico] BXY, om. cett., quod non add. XY || quod] BEG, quia cett. || cum] circa ADZ || gratia] gratiam Z ⁸² loquuntur... quia om. DZ || primam] eam A, ipsam DEZ, illam XY ⁸³ et contrarios om. DZ


¹⁴ Cf. *Quodlibet III*, q. 20, lin. 26-77, et loca parallela ibi citata; *Sent.*, III, q. 4 U. ¹⁵ Cf. Ockham, ibidem, q. 4 T. ¹⁶ Supra, lin. 34-38. — Cf. Ockham, ibidem, q. 4 M (Post medium). ¹⁷ Cf. Ockham, ibidem, q. 4 I; II, qq. 4 et 5 G. ¹⁸ Cf. Aristot., *Metaph.*, IX, c. 5, t. 10 (1047b 31 - 1048a 24).

WILLIAM, OCKHAM,

VENERABILIS INCEPTORIS
GUILLELMI DE OCKHAM
QUODLIBETA SEPTEM,

EDIDIT

JOSEPH C. WEY, C. S. B.



St. Bonaventure University

St. Bonaventure, N. Y.

1980

102691

BX
1749
.03
1967
v.9
Grad.
Phil.
Special
collec.